9247[b] Silvano sacrum | pro salute C. Laecani | Bassi Caecinae Paeti[3] | liberorumque eius | Theseus ser. v. s.

Prope Minturnas, ad 'Monte d'Argento', cf. X 6044. 6055 (Mél. de l'école fr. de Rome 1907 p. 497/8 n. 2—4. — 1) *Fortasse is qui supra N. 5929. 6049. —* 2) *Cognomen fortasse non recte exceptum. —* 3) *C. Laecanius Bassus Caecina Flaccus est IX 39.*

9248 P. Flavidius L. f. | Septuminus | praef. classi | Vacunae.

In Sabinis loco dicto Posta ad viam Salariam rep. (Persichetti Notizie degli scavi 1906 p. 466). — Etiam reliquae inscriptiones Vacunae dicatae (supra N. 3484 seq.) in Sabinis prodierunt.

9249 Popillia Psacas[1] cum Thaine | [*coll*]ega[2] sua B. d.[3] d. d.

Prope Romam ad pontem Nomentanum rep., epistylium marmoreum (Vaglieri Notizie degli scavi 1908 p. 132). — 1) *Psecas (Psacas etiam IV 3905). —* 2) *Nota collegae vocabulum de femina usurpatum. —* 3) *Bonae deae.*

9250

ab una parte	*ab altera*
Laribus Augustiis[1] (*sic*)	[*La*]ribus Aug. | vicei Statae | matris[5]
ministri anni VI[2]	ministri anni VI
intra coronam quernam:	(*patera*) L. et N. Savoni[6]
Felix L. Crautani[3]	Felix L. Crautani·Ptolomaei
Florus Sex. Avieni	(*spatium vacuum*)[7]
Eudoxsus (*sic*) C. Caesi	Eudoxus C. Caesi L. f. Nigri[8]
Polyclitus Sex. Anchari	Polyclitus Sex. Anchari Fausti
L. Caninio Gallo C. Fufio Gemino	L. Caninio Gallo C. Fufio cos.
cos.[4] XIIII k. Octobr.	Gemino XIV k. Oct.

(*in utroque latere: ramus lauri*).

Romae in monte Caelio rep. (Gatti bull. comunale 1906 p. 187 seq., cum imaginibus tab. VII. VIII). — 1) *Similes titulos a magistris vel ministris vicorum Laribus Augustis dedicatos habes supra N. 3612—3621. —* 2) *Anni sexti. Apparet hos ministros creari coepisse a. 747 (cf. supra N. 3613 not. 3). —* 3) *Sc. servus. —* 4) *A. u. c. 752, cuius anni parte aliqua Caninium Gallum consulem fuisse cum Augusto XIII notum est ex Veleio 2, 100. Apparet Augusto suffectum esse Fufium Geminum. Fufius et Caninius consules praeterea non nominantur, sed nota est lex Fufia Caninia de modo servorum testamento manumittendorum (Gai. 1, 42. 46. 2, 228. 239, apud quem ante Studemundum edebatur* Furia, *Paulus sent. 4, 14. Ulpian. reg. 1, 24. Dig. 50, 16, 215. Cod. Iust. 7, 3. Inst. 1, 7), ab illis rogata. —* 5) *De Stata matre cf. supra N. 3306 seq. —* 6) *Haec litteris minoribus, ex parte etiam contignatis, incisa sunt iuxta pateram; quo pertineant, non apparet. —* 7) *Nomen unius ex ministris (Flori) omissum, spatio vacuo relicto. —* 8) *Diversus C. Caesius Niger supra N. 1320.*

9251[a] Lares | semitales[1].

9251[b] Lares | [c]uri[*a*]les[2].

9251[c] Lares | viales[3].